



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

**Luxemburgi, MDCCXLI.**

75. Cum ad aures &c. Declarationes, Provisiones, & Decreta super  
Sportulis, quæ Judicibus, Commissariis, Rotæ, aliisque Tribunalibus  
persolvi debent.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](#)

servari ab omnibus, & quibuscumque Confessariis in Urbe degentibus cuiuscumque Religionis, Instituti, etiam Societatis Iesu, ac Congregacionis, quacumque speciali nota explicandis, prout explicati latius fueru in Decreto Sac. Congregationis Episcoporum, & Regularium die 9. Mensis Januarii 1602. sub fel. record. Clemente VIII.; ac illius confirmatoriis, & innovatoris sub fel. record. Pauli V. die 7. Januarii 1617.; & Urbano VIII. die 17. Novembris 1628. editis. Ac sub praesenti prohibitione comprehendit etiam Penitentiarios Basilicarum Urbis, & ab omnibus Confessariis predictis, eam observari sub iisdem penis, & censuris eo ipso; & absque alia declaratione incurritis, quae continentur in praefatis Decretis. Noverintque Peccantes absolutionem, si quam imposterum obtinuerint a praefatis Casibus in praesenti Decreto expressis, esse nullam nulliusque roboris, & momenti; eaque omnia observari. Non obstatibus quibuscumque Privilegiis absolvendi a predictis Casibus, sub quibuscumque tenoribus tam ante, quam post dicta Decreta tam particularibus personis, quam ratione Religionis, Societatis vel Instituti obtentis, & juxta latam derogationis formam in iisdem Decretis continent, quae in praesenti reperita censeatur, & non obstatibus omnibus, quae item Clemens VIII., Paulus V., & Urb. nus VIII. voluerunt non obstat; Rursum declarando, prout declaratum fuit in praefatis Decretis, quod circa alios Casus Sanctae Sedi Apostolicae referentes non expressos in praesenti Decreto (exceptis illis, quae continentur in Balla in die Cenae Domini legi consueta) ita intelligantur præservata facultas absolvendi Confessariis Privilegiis in Urbe degentibus, quatenus tamen eam habeant ex legitimi Privilegiis non revocatis, & in usu existentibus, ac juxta eorum tenorem tunc exequendis. Aliis vero in Urbe Confessariis Privilegia non habentibus nihil de novo, sicuti per praefata Decreta, ita per praesens censeatur concessum.

Facta per me infra scriptum haec die decima tercia mensis Maii 1711. relatione praædicta resolutionis Sanctissimo D. N. Sanctitas Sua eam, omnique, & singuli in ea contenta cum omnibus Clericis derogatoriis benignè probavit, ac inviolabilitatem imposterum servari præcepit ab omnibus, ut supra expressis, praesensque Decretum in forma solita publicari jussit, atque mandavit.

Vincens Petrus S. C. Concilii, & dicta Deputata Secretarius.

#### D E C L A R A T I O

Officialium, & Ministrorum Cameralium, quibus permititur facultas deferendi Sclopettos parvos, & longiores, non tamen prohibitos, intus, & foris, oneratos, intra Civitates, & loca Status Ecclesiastici muris, & fossis, seu vallo circumdata,

Die 28. Septembris 1714.

In Congregatione à Sanctissimo deputata, in qua interfuerunt Illustrissimi Domini Thesaurarius Generalis, Marefuscaus Auditor Sanctissimi, Banckerius Secretarius Sacrae Consultæ, de Moralia Cameræ Apostolicæ Clericis. Liccius, & de Affiliis ejusdem Sacrae Consultæ Ponentes, seu Relatores, Advocatus Fiscalis, Procûrator Fiscalis Generalis, & Commissarius Rev. Cameræ, examinatum fuit de mandato Sanctissimi Dubium, an, & quibus Officialibus, & Ministris Came-

ralibus competit faculta deferendi S. Sclopettos parvos, & longiores (non tamen prohibitos) intus, & foris oneratos intra Civitates, & Loca Status Ecclesiastici muris, & fossis, seu vallo circumdata; fuitque declaratum; quod præter Officiales, & Ministros Camerale, quibus ad præcriptum Bonitatem Cardinalis Pamphilii anno 1645. editi expresse permittitur facultas deferendi intra Civitates, & loca predicta muris, & fossis, seu vallo circumdata anima predicti intus, & foris onerata, fuisse etiam comprehensos;

Judices, & Fiscales, & Subcolectores, seu Commissarios Spoliorum.

Nec non affiantes pecunias Fiscales, seu Appaltatorum fiscalium in actu illarum associationi, & transmissione tantum.

Item Bullatores, seu Ponderatores, seu Reversores deputatos pro gabella carnis.

Ac demum Salnitriarios, seu confidentes Nitra in actu eorum ex. recit. i. tan. am.

Die 4. Octobris 1714. Facta relatione Sanctissimo pér me infra scriptum Auditorem, Sanctitas Sua approbabit supradatas resolutiones Congregationis Particularis, & ita servari mandavit.

P. Episcopus Cyrenen. Auditor.

#### D E C L A R A T I O N E S

Provisiones, & Decreta super Sportulis, quæ Judicibus, Commissariis, Rotæ, aliisque Tribunalibus persolvi debent.

Cum ad aures Sanctissimi Domini Nostrí plurimæ pervenerint Litigantium querelæ super inobservantia Reformationis Tribunalium Urbis à felicis recordationis Paulo Papâ V. editæ, nec non Literarum Apostolicarum rec. mem. tum Innocentii Papæ XI. Anno Incarnationis Domini cæ millesimo sexcentesimo octavo gelesimo nono, quarto Kalendas Julii: tum Innocentii Papæ XII. pridiè nonas Decembrii Anno præfate Incarnationis millesimo sexcentesimo nonagesimo tertio expeditarum, in ea praesertim parte, in quâ Judicibus Commissariis, Rotæ, & aliis Tribunalibus ejusdem Urbis taxantur Sportulae: Simulque datum fuerit, quod ea de causâ germanum prefatarum Reformationis, & Literarum Apostolicarum intellectum, & claram Romanorum Pontificum mentem fallacibus argumentis, & mindis veris interpretationibus, vanisque subterfugiis, ac prætextibus, non sine maximo ipsorum Litigantium, & praesertim Pauperum dispendo, everti, eludi, & retardari contingit. Cumque Sanctitas Sua, eâ, quâ, cæteris inde sinenter præst, pervigili curâ, & eximiâ, qua pauperes proficitur, charitate, Congregationem particularem plurius Prælatorum ex Senioribus Romanae Curiae, nec non de stylo, seu praxi ejusdem Curiae aperte instrutorum specialiter (ut infra) ad id deputaverit, attributa eis facultate, quibuscumque minus veris interpretationibus, in subsistentibus titulis, & prætextibus penitus sublati, & rejecti, præfatorum Pontificum literas juxta eorum mentem, & sensum, declarandi, interpretandi, & debitate, prout par est, executioni demandandi, reservata tamen sibi facultate easdem Declarationes, Provisiones, & Decreta approbandi, & confirman-

H. I.

di;

di; Eadem Congregatio, re maturè discussâ, sub diebus decimâ, & decima octavâ Februarii proximè præterit, & secundâ Junii currentis, infra scriptas edidit Declarationes, Provisiones, & Decreta.

Primo. In Caufis, in quibus Judices Delegati, & Urbis Tribunalia procedunt vigore unius dumtaxat Commissionis, non licet eis exigere, nisi unicam tantum propinam juxta Taxam in dictâ Reformatione Pauli V, editam, ac in literis Innocentii XI., & Innocentii XII, confirmata, etiam in Commissionibus fuerint expressa, & inclusa diversa credita, seu bona, diverse actiones, & diversa personæ. Ac etiam non obstante, quod ad instantiam Colligantum, vel alterius ipsorum fuerint divisa, & disputata diversa dubia, separata prodierint Decisiones, latæque separata Sententia.

II. In Caufis, in quibus fuit in Sententiâ declaratum confitare de credito unius ex Colligantibus in aliquâ certâ, & determinata summa, refervatâ alia majori summâ in Monitorio, seu Commissione, petitiâ, discutiendâ in alia instantiâ, seu judicio, taxatio Sportularum erit regulandâ, a ratâ summa in Sententiâ definitâ, non autem à totâ summa in Monitorio, seu Commissione petita.

III. In Caufis concursus Creditorum non percipiat, nisi unica propina, habito respectu ad totam summam, solvenda tamen proportionabilitab omnibus Creditoribus per contributum.

IV. In Caufi, in quâ Commissionibus fuit demandatum, ut docto de paupertate unius ex Colligantibus, Judge procedat absque solutione sportularum, seu propinæ, nullo modo licet exigere sportulas, seu propinam ab ullâ ex Partibus, quamvis divate, aut sponte dante.

V. In expeditionibus Caufarum servetur in Rotâ Auditoris antiquus stylus; Nec cogantur Partes eâdem die, quâ instant pro expeditione, tradere Judici, vel Notario cedulam Sententia, vel citationem pro Decreto definitivo, ut statim, & contemporaneâ in eâdem Rotâ, quâ fuerit decreta expeditio causæ, subscrivatur Sententia seu Decretum definitivum hujusmodi: minusque cogantur ante emanatam resolutionem Rotalem pro expeditione Causæ solvere, aut deponere Sportulas, sed liberum sit Colligantibus instare in Rotâ pro expeditione Causæ, etiam nullâ traditâ cedula, nec reproducta, imò nec executâ citatione pro habendo Decreto definitivo, nec ullo sportularum facto deposito, itant Victori, seu Victoriibus, etiam post editam resolutionem Rotalem pro Causæ expeditione, licet citare, & reproducere citationes in die, quâ illa cadunt, ac tradere cedulam infra terminum Pro servato, & solvere, seu deponere Sportulas pro obtinendis subscriptione ejusdem Cedulae Sententiae, seu Decreto definitivo, prout juxta antiquum laudabilem stylum, seu consuetudinem practicari consuevit, dummodo tamen Parti victâ post decratam expeditionem Rotalem semper, & in quocumque causa remaneat tempus congruum saltem tridui ad renunciandum, non obstantibus quo cumque Decreto contrario etiam ejusdem Rotæ, & contraria praxi novissimâ introductâ.

VI. Factâ renunciatione liti, non licet recipere quidquam pro Sportulis, seu propinâ sub quovis praetextu, etiam taxationis expensarum, subblis, ac penitus revocatis quo cumque Decreto ejusdem Rotæ, usu, seu consuetudine contraria, & quibuscumque aliis in contrarium facientibus.

VII. Quamvis in præsertim Innocentii XII. Literis dispositum sit, ubicumque in hac Sportularum materiâ quæstio aliqua emerget super interpretatione, declaratione, aut executione sua cum, & dictorum Pauli V, ac Innocentii XI. Literarum, standum esse judicio, & declarationi

Gubernatoris Urbis pro tempore, & duorum in ordine succendentium ex Congregatione Reformationis Tribunalium Urbis. Nihilominus, quia experientia compertum est, quâ raro præfati Gubernator, & alii duo in ordine succidentes ex Congregatione Reformationis convenire, & congregari valent; Ideo pro majori, & facilitori Litigantium commoditate visum fuit consulendum Sanctissimo, ut præviâ revocatione, & abrogatione in hac dumtaxat parte suprarelatae Constitutionis Innocentii XII., tam præmissorum, quâliorum in præfatis literis Pauli V., Innocentii XI., & Innocentii XII. dispositorum, executionem mandet, deleget, & committat suo, & Pontificum Successorum pro tempore Auditori, ad quem facilior, & quotidiâ pater adiutor; Quod vero ad earumdem literarum declarationem, & interpretationem mandet stari judicio, & declaracioni ejusdem Auditoris, nec non Decani pro tempore tum Signatura Gratiae, tum Signatura Justitiae, quovis alio recursu, & appellatione penitus sublatius.

Et factâ Sanctissimo Domino Nostro Declarationum, Provisionum, & Decretorum præmissorum relatione, Sanctitas Sua ea approbavit, & ab omnibus Judicibus Commissariis, Rotâ, aliisque Tribunalibus Urbis omnino servari mandavit, revocatis, & reprobatis quocumque decreto, etiam ejusdem Rotæ, usu, & consuetudine contraria, & aliis quibuscumque in contrarium facientibus; Ac insuper, præviâ derogatione literis Innocentii XII. in hac parte tantum, Suo, & Pontificum Successorum pro tempore Auditori illarum executionem, prout etiam eidem Auditori, & Decanis pro tempore Signatura Gratiae, & Justitiae earumdem interpretationem, ac declarationem specialiter commisit, & delegavit, omni, & quacumque appellatione, & recursu rejectis, & sublatis; cù tamen adjecta declaratione, quod Sanctitas Sua non intendit per hujusmodi Declarationum, Provisionum, & Decretorum approbationem, seu confirmationem, quoquo modo liberare, seu eximere eos, qui in aliquo contraceperunt, seu contravenerunt dispositis in Reformatione Pauli V. & memoratis suorum Prædecessorum literis, à restitutione summa, si qua ab illis foret indebita exacta, nec ab aliis penitis per eos quomodo incurris. Datum hac die 22. Junii 1715.

Prosper Episcopus Cyrenen. Sanctissimi Domini Nostri Auditor,

Nomina autem eorum, qui predicta Congregatione interfuerunt, sunt haec.

R. P. D. Ferdinandus Nuptius Archiepiscopus Nicenus Sac. Congr. Episcoporum, & Regulatum Sect.

R. P. D. Vincentius Petra Archiepiscopus Damascenus, Sacrae Congregationis Concilii Secretarius.

R. P. D. Silvius de Cavalieri Archiepiscopus Athenarum, Sacrae Congregationis de Propaganda Fide Secr.

R. P. D. Prosper Marefuscius Episcopus Cyrenen. SS. Domini Nostri Auditor.

R. P. D. Fattinellus de Fattinellis R. C. A. Clericus.

R. P. D. Prosper de Lambertinis Utriusque Signatura Referendarius, & Promotor Fidei.

R. P. D. Gaspar Turchus R. C. A. Commissarius Gener.

Salvator Paparozzius A. C., & Sacri Palatii Apost. Notarius.

Die

Die 26. Junii 1715. *Supradictæ Declarationes, Pro-  
viviones, & Decreta affixa, & publicata fuerint ad  
valvas Curia Innocentiana Montis Cittorii, in Aie  
Campi Flora, ac in aliis locis soliti, & confusis  
Urbis per me Thonam de Unionibus Apostolicum  
Cursorem.*

Ludovicus Cappelli Magister Curs.

#### DECRETUM.

IV.

Pro tollendis abusibus per eos investitis, qui ubi in carcere conjecti fuerint, ad eludendam justitiam, sese à Lociis immunibus, ad quæ con fugerant, dolosè extractos fuisse, frequenter allegare solent.

Cum ad aures Sanctissimi Domini Nostri Domini Clementis Papæ XI. delati fuerint graves abusus in plurimis locis, ac praesertim in Provinciis Italæ, & Insulis eidem adjacentibus atque etiam in Regnis Hispaniarum, à plerisque eorum investiti, qui ubi de mandato Judicium capti fuerint, & carceribus mancipati pro causis Civilibus, vel criminalibus, ad eludendam justitiam, allegare frequenter solent sese ab Ecclesiis, aliusve Lociis immunibus, ad quæ confugerant, blandi verbis, vel alias dolosè extractos fuisse, & ad propriam allegationem comprobandam non solum in suis depositionibus facile pejerant, sed falsos insuper inducent Testes, adhibitique Confanguineorum, vel Amicorum suorum operâ, etiam alia non minus damnable patrare non erubefunt; Quinimò aliquando ipsimet sunt, qui ad effectum liberè vagandi, & forsitan etiam impunè delinquendi, per Baroncellos, & Executores, alios, ve similes Justitia Ministris, datâ operâ, ab Ecclesiis, Locisve immunibus prædictis sese extrahiri curarunt, è spe freti, quod interim Ecclesiastice Immunitatis beneficium amittere non deberent. Hinc est, quod Sanctitas Suas ejusmodi malis, quibus Justitiae cursus inhibetur, animarumque salus magnum in discrimen adducitur, pro eximiâ suâ Pastorali sollicitudine, ac zelo occurrere intendens, exquisivit à Congregatione Particulari nonnullorum Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium, ac Illustrissimorum, & Reverendissimorum Romanae Curie Prelatorum, ad hunc effectum deputata, quomodo, & qua ratione provideri posset, ut tam graves abusus è medio tollerentur. Habitâ itaque Congregatione prædicta sub die 5. Octobris 1716., cui interfuerunt DD. Cardinales Tanarius, Spinula S. R. E Camerarius, Vallemarus, Grimaldus, & Origenus, ac RR. PP. Prosper Marefusius Episcopus Cyrenensis ejusdem Sanctitatis Suâ Auditor, Antonius Bancherius Protonotarius Apostolicus, ac Sacrae Consultae Secretarius, Carolus Cerrus Rotæ Romanae Auditor, Scipio de Riccius præfata Congregationis Secretarius, Prosper de Lambertini Confessorialis Aulae Advocatus, ac Fidei Promotor, & Nicolaus Jacobatius R. C. A. Procurator Fiscalis Generalis, re mature discusâ eadem Congregatio censuit.

Confundendum Sanctissimo, quod omnibus Ordinariis tam Italæ, Infularumque illi adjacentiū, quām etiam Hispaniarum, scribantur literæ, per quas illis injungatur, ut publico Edicto notificant, ac moneant omnes, & singulos, qui ac Ecclesiis, aliave Loco immunita confugerunt, vel in posterum configuerint, ut quatenus gaudere velin beneficio Immunitatis Ecclesiastice localis, current in eisdem Ecclesiis, & Lociis immunibus permanere, caveantque, ne ullo prætextu, causâ,

vel quæsto colore ad eas, vel ea deserenda se induc sinant; Nam si extra illas, vel illa ab Executoribus Justitiae capti fuerint, minimè eis prodri allegare, vel etiam probare, quod fallaci bus suasionibus, blandis verbis, affecurationibus, dolosive machinationibus extracti fuerint; Cum Animarum saluti, Justitiae administratione, ac publicæ etiam delictorum vindictæ, ubi de Criminibus agitur, expediatur, ut de cetero illæ dumtaxat extractiones suffragentur, quæ aut violenter pratæ, aut sub fide Salvi. Conductus ab aliquo Ju dice Ordinario, seu Delegato concessi, ac subscripsi fecutæ fuerint; qui tamen Salvus. Conductus suffragari poterit pro tempore tantum in eo præscripto, intra quod extracti ad Loca immunita omnino reverti debent, si eorum Immunitate iterum gaudere intendant. Præterea idem Ordinarii moneant, atque notificant in ejusmodi Edicto, quod, si quis verè extractionem dolosè, ut supra, commissam ante promulgationem Edicti passus fuerit, ac Immunitatis Localis beneficio gaudere velit, Ecclesiasticum confugium repete omniō debeat intra mensē à die promulgationis ejusdem Edicti numerandum, petitio etiam, quatenus opus sit, ad hunc effectum Salvo. Conductu ab ipsis Ordinariis gratis concedendo, ita tamen, ut eo tempore elapo, si extra locum immunitum deprehensus fuerit, perinde habeatur, ac si voluntariè, sponteque suâ inde recessisset, nec audiri possit super extractione dolosâ, quam de præterito se passum fuisse allegaret. Fæcāque eidem Sanctissimo Domino Nostro per me infra scriptum Secretarium de præmissis omnibus relatione, Sanctitas Sua Particularis Congregationis Sententiam benignè probavit, ac defupræfens Decretum edi, illudque à Sacra Congregatione Immunitati Ecclesiastica, & Controversis juridictionibus præposito promulgari, & executioni mandari præcepit. Hac die 22. Decembris 1716.

S. A. Card. Tanarius.

Scipio de Riccius Secretarius.

#### DECRETUM

Quo declaratur Praelato Inferiori non sufficere quadrigenaria præscriptionem unâ cum titulo colorato ad acquirendum Territorium separatum, ac jurisdictionem ordinariam, & quasi Episcopalem in Clerum, & Populum cum Episcopi exclusione in aliquo speciali loco, sed ad id omnino requiri, aut clarum, & undeque subsistens Apostolicum Privilegium, aut consuetudinem immemorabilem cum his omnibus requisitis ritè probatam, per quam Apostolicum Privilegium de jure præsumi valeat.

In Congregatione Particulari à Sanctiss. Dominio Nostro die tertia Augusti 1718. specialiter deputata, EE. DD. Judge, Vallemani, Parracciani Praefecti Sac. Congregationis Episcoporum, & Regularium, Corradini Praefecti Sacrae Congregationis Concilii Tridentini Interpretis, Scotti Praefecti Signaturæ Justitiae, nec non RR. PP. DD. Petrae prædictæ Sacrae Congregationis Episcoporum, & Regularium Secretarii, Lancettæ Sacrae Rotæ Romanae Decani, Cerri ejusdem Rotæ Auditoris, Ansidei Assessoris Sanctissimæ Inquisitionis, & mei infra scripti Secretarii memoratae Congregationis Concilii Tridentini Interpretis, & hujus quoque Particularis Congregationis Secretarii, ut in ea videlicet examinaretur, an ad trámites Sacrorum Canonum, Sacrique